Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/latinprosodyinla0000jame

# LATIN PROSODY

IN

# LATIN AND ENGLISH

ALMA COLLEGE
476
LIBRARY
C 691
Alma, California

*By*

JAMES A. COLLIGAN, S. J.

11384

COPYRIGHT 1925
BY
JAMES A. COLLIGAN, S. J

*Imprimi potest.*

JOSEPHUS M. PIET,

*Provincialis Californiae*

## PREFACE

This work contains some rules not found in other works on Latin prosody.

It also contains all the methods of scanning the Alcaic and other Latin verses. No other book on Latin prosody gives all the ways of scanning those verses.

Book III contains a complete explanation of the different methods of dividing Latin words into syllables.

I think that the work will be useful to students of Latin in our High Schools and Colleges.

James A. Colligan, S. J.

St. Ignatius College,
San Francisco,
California.

## CONTENTS

### Book I.

Quantity of some penultimate syllables, No. 2 to 16.
Quantity of some antepenultimate syllables, No. 16 and 17.
Vowels before two consonants, 18, 19, 20, 21.
Hidden quantity, note after 21.
A vowel before a vowel, 22, 23, 24.
Derivatives, 25.
Compounds, 26 to 33.
Diphthongs, 33.
Increments, 34.
Final syllables, 54.

### Book II.

Accent No. 1.
Sounds of vowels, 2.
Feet and verse, 3 to 8.
Caesura, 8.
Different kinds of verses and stanzas, 9.

### Book III.

The Division of Latin words into syllables.

# LIBER PRIMUS.

## Book I.

### Praeceptum 1.

### Rule I.

Syllaba est aut brevis (⏑), aut longa (-), aut communis (⏓). Syllaba communis est quae in versu potest esse longa vel brevis.

A syllable is either short (⏑), or long (-), or common (⏓). A common syllable is that which may be long or short in verse.

### Praeceptum 2.

Vocabula quae terminantur literis itas, etas, iter, ibus vel rrimus habent penultimam brevem; ut, caritas, pietas, feliciter, omnibus et celeberrimus.

Words which end in the letters itas, etas, iter, ibus or rrimus have the penultimate short; as, caritas, pietas, feliciter, omnibus and celeberrimus.

Excipiuntur Nicetas et Philetas.

Nicetas and Philetas are excepted.

Nota: Penultima est syllaba ante ultimam; ut, syllaba du in conduco. Antepenultima est secunda syllaba ante ultimam; ut, syllaba con in conduco.

Vocales sunt a, e, i, o, u, y. Consonantes sunt b, c, d, f, g, j, k, l, m, n, p, q, r, s, t, v, x, z.

### Praeceptum 3.

Penultima vocalis brevis est ante qu, ut in dictionibus aliquis et alloqui.

A penultimate vowel is short before qu; as in the words aliquis and alloqui.

### Exceptiones.

### Exceptions.

Habent penultimam longam ubique, utrobique, obliquo, antiquus, antique, iniquus, obliquus, alioquin, alioque, quandoque, utroque, nequaquam, quaquam, quaque, nequa, nequam, nequid, nequis.

Ubique, utrobique, obliquo, antiquus, antique, iniquus, obliquus, alioquin, alioque, quandoque, utroque, nequaquam, quaquam, quaque, nequa, nequam, nequid, nequis have the penult long.

### Praeceptum 4.

Nomina et adjectiva quae desinunt in atilis, abilis, ibilis et simus penultimam corripiunt; ut, versatilis, amābilis, terribilis, hăbilis, stăbilis.

Nouns and adjectives which end in atilis, abilis, ibilis, and simus shorten the penultimate; as versatilis, amābilis, terribilis, hăbilis, stăbilis.

Excipiendum est adjectivum resimus.

The adjective resimus should be excepted.

### Praeceptum 5.

Vocabula quae exeunt in ila, ola, ula, alus, ilus, olus, ulus, alum, olum, ulum habent penultimam brevem; ut, aquila, filiola, epistola, ratiuncula, gladiolus, fasciculus.

Words which end in ila, ola, ula, alus, ilus, olus, ulus, alum, olum, ulum have the penultimate short; as, aquila, filiola, epistola, ratiuncula, gladiolus, fasciculus.

### Exceptiones.

Producunt penultimam cunila, pila, id est columna, bibliopola et omnia alia terminantia in pola, mula, malus-arbor, palus, (i), qualus, squalus, talus, asilus, crocodilus, primipilus,

strobilus, solus, mulus, cuculus, malum-fructus, Dalila, Bola, Nola, Loyola, Pharsalus, Sardanapalus, Aetolus, Aristobulus, Theodulus, et pauca alia nomina propria.

These words make the penultimate long: cunila, pila, a column, bibliopola and other words ending in pola, mula, malus, a tree, palus (i), qualus, squalus, talus, asilus, crocodilus, primipilus, strobilus, solus, mulus, cuculus, malum, fruit, Dalila, Bola, Nola, Loyola, Pharsalus, Sardanapolus, Aetolus, Aristobulus, Theodulus, and a few other proper names.

### Praeceptum 6.

Nomina propria quae finiuntur syllabis ades, amus, olis, crates, otus, phorus, goras, penultimam corripiunt; ut, Pergamus, Christophorus, Socrates, Hermopolis, Herodotus, Bosphorus, Pythagoras.

Proper nouns which end in the syllables ades, amus, olis, crates, otus, phorus, goras have the penult short; as Pergamus, Christophorus, Socrates, Hermopolis, Herodotus, Bosphorus, Pythagoras make the penultimate short.

### Exceptiones.

Agelades, Gades, Adamus, Notus, Polygnotus et Azotus habent penultimam longam.

Agelades, Gades, Adamus, Notus, Polygnotus and Azotus have the penultimate long.

### Praeceptum 7.

Penultima vocalis corripitur cum una consonans et er illam sequuntur; ut, ludĭcer, intĕger, arbĭter, colŭber, volŭcer, alăcer.

The penultimate vowel is shortened when one consonant and er follow it; as, ludicer, integer, arbiter, coluber, volucer, alacer.

### Exceptiones.

Producunt penultimam cadaver, papaver, saluber, Meleager, Tanager, Afer, afer, ater, crater, frater, mater, creber, tuber, id est tumor, et adjectiva acer et liber.

These lengthen the penultimate: cadaver, papaver, saluber, Meleager, Tanager, Afer, afer, ater, crater, frater, mater, creber, tuber, a tumor and the adjectives acer and liber.

### Praeceptum 8.

Verba desiderativa in urio et verba in io tertiae conjugationis et verba quae exeunt in ui in praeterito corripiunt vocalem ante ultimam consonantem; ut, esŭrio, percĭpio, effŭgio, edŏceo, admŏneo, dŏmo, sĕco, cŏlo, trĭbuo. Excipiuntur pono, debeo, floreo, pareo et aliqua verba in sco.

Desiderative verbs in urio and verbs in io of the third conjugation and verbs which have ui in the perfect shorten the vowel before the last consonant; as, esurio, percipio, effugio, edoceo, admoneo, domo, seco, colo, tribuo. Pono, debeo, floreo, pareo and some verbs in sco are excepted.

### Praeceptum 9.

Vocabula terminata syllabis atus, etus, utus, et etum penultimam producunt; ut, equitatus, facetus, quercetum.

Words ending in the syllables atus, etus, utus and etum make the penultimate long; as, equitatus, facetus, quercetum.

### Exceptiones.

Participia sub numero 50 et catus, latus-lateris, metus, vetus, impetus, vegetus, arbutus, Aratus, Calistratus, Pisistratus, Philostratus, Prenetum, Taygetus, et nomina quae desinunt in aretus; ut, Panaretus, penultimam habent brevem.

Participles in number 50 and catus, latus, lateris, metus, vetus, impetus, vegetus, arbutus, Aratus, Calistratus, Pisistratus, Philostratus, Prenetum, Taygetus, and nouns which end in aretus; as, Panaretus, have the penultimate short.

## Praeceptum 10.

Vocabula finita syllabis osus, osa, ura, ela, alis, elis, ulis, et nomina in do et go penultimam habent longam; ut gloriosus, prosa, mensura, querela, mortalis, fidelis, curulis, fortitudo, origo.

Words ending in the syllables osus, osa, ura, ela, alis, elis, ulis, and nouns in do and go have the penultimate long; as, gloriosus, prosa, mensura, querela, mortalis, fidelis, curulis, fortitudo, origo.

## Exceptiones.

Mosa, rosa, gela, pedo-pedonis, ligo, Panirosus, Macedo, oxalis, pardalis, periscelis, Sicelis, Castalis, Hispalis, Magdalis, harpago, Abdenago, Arpago, et Paphlago penultimam corripiunt.

Mosa, rosa, gela, pedo-pedonis, ligo, Panirosus, Macedo, oxalis, pardalis, periscelis, Sicelis, Castalis, Hispalis, Magdalis, harpago, Abdenago, Arpago and Paphlago shorten the penultimate.

## Praeceptum 11.

Vocabula desinentia in brum, crum, trum penultimam producunt; ut, delubrum, simulacrum, aratrum. Sed lucrum habet u longum vel breve.

Words ending in brum, crum, trum lengthen the penult; as, delubrum, simulacrum, aratrum. But lucrum has u long or short.

## Praeceptum 12.

Adverbia in tim et nomina propria in icus et timus habent penultimam longam; ut, privatim, Ludovicus et Theotimus. Excipiuntur statim, affatim et perpetim.

Adverbs in tim and proper nouns in icus and timus have the penult long; as, privatim, Ludovicus and Theotimus. Statim, affatim and perpetim are excepted.

## Praeceptum 13.

Penultimum u ante n est longum; ut in vocabulo unus.

Penultimate u before n is long; as in the word unus.

## Praeceptum 14.

Penultimum i longum est ante v; ut in nominativo et revivo. Excipiuntur nivis et nivit.

Penultimate i is long before v; as in nominativo and revivo.

## Praeceptum 15.

Penultima vocalis producitur cum syllaba men illam sequitur; ut in dictionibus gramen, fulcimen, pronomen, flumen, lumen.

The penultimate vowel is made long when the syllable men follows it, as in the words gramen, fulcimen, pronomen, flumen, lumen.

### Exceptiones.

Tamen et composita, petimen, regimen, specimen, tegimen, genimen, columen, documen, tegumen penultimam habent brevem.

Tamen and its compounds, petimen, regimen, specimen, tegimen, genimen, columen, documen, tegumen have the penult short.

## Praeceptum 16.

Antepenultima longa est in terminationibus:

| | | |
|---|---|---|
| aceus | ut | rosaceus |
| uceus | ut | caduceus |
| aneus | ut | subitaneus |
| arius | ut | honorarius |
| arium | ut | pomarium |
| orius | ut | censorius |
| abundus | ut | mirabundus |
| acundus | ut | iracundus |
| abilis | ut | amabilis vide 4 |
| atilis | ut | versatilis |
| aticus | ut | aquaticus |

aginta in numeris, ut nonaginta
iginti in numeris, ut viginti
esimus in numeris, ut centesimus

| | | |
|---|---|---|
| imonium | ut | testimonium |
| imonia | ut | querimonia. |
| toria | ut | victoria |
| torium | ut | auditorium |

The antepenultimate is long in the endings.

| | | |
|---|---|---|
| aceus | as | rosaceus |
| uceus | as | caduceus |
| aneus | as | subitaneus |
| arius | as | honorarius |
| arium | as | pomarium |
| orius | as | censorius |
| abundus | as | mirabundus |
| acundus | as | iracundus |
| abilis | as | amabilis See 4. |
| atilis | as | versatilis |
| aticus | as | aquaticus |

aginta in numbers, as nonaginta
iginti in numbers, as viginti
esimus in numbers, as centesimus

| | | |
|---|---|---|
| imonium | as | testimonium |
| imonia | as | querimonia |
| toria | as | victoria |
| torium | as | auditorium |

Antepenultima longa est etiam in vocabulis quae terminantur literis atio; ut tentatio.

The antepenultimate is long also in words which end in the letters atio; as tentatio.

### Exceptiones.

datio, quatio, ratio, statio, satio, nomen et verbum, habent antepenultimam brevem.

datio, quatio, ratio, statio, satio, noun and verb , have the antepenultimate short.

### Praeceptum 17.

Antepenultima brevis est in terminationibus:

| | | |
|---|---|---|
| ibilis | ut | credibilis |
| itudo | ut | fortitudo |
| olentus | ut | vinolentus |
| ulentus | ut | opulentus |

The antepenult is short in the endings:

| | | |
|---|---|---|
| ibilis | as | credibilis |
| itudo | as | fortitudo |
| olentus | as | vinolentus |
| ulentus | as | opulentus |

## Praeceptum 18.

Vocalis ante duas consonantes vel ante x, j, z positione longa est; ut e in ejus, u in eduxit, i in baptizo, a in terminantur et a in sententia: "Stat medio virtus."

A vowel before two consonants or before x, j, z is long by position; as, e in ejus, u in eduxit, i in baptizo, a in terminantur and a in the sentence : "Stat medio virtus."

## Exceptiones.

1.

H non consideratur ut consonans. Ergo a in adhuc breve est.

H is not considered a consonant. Therefore a in adhuc is short.

2.

Vocalis brevis in fine dictionis non producitur cum sequens vocabulum incipit per duas consonantes vel per j, x, z; ut a ante j in sententia: Omnia jam fient.

A short vowel at the end of a word is not lengthened when the next word begins with a consonant or with j, x, z; as a before j in the sentence; Omnia jam fient.

3.

I est breve in bijugus, trijugus et quadrijugus.

I is short in bijugus, trijugus and quadrijugus.

4, 5, 6.

Tria sequentia praecepta sunt etiam exceptiones.

The three following rules are also exceptions.

### Praeceptum 19

Vocalis, ante mutam et liquidam, quae habet signum breve (˘) in lexico, est brevis in carmine et in soluta oratione; ut, genĭtrix.

A vowel, before a mute and liquid, which is marked short in the dictionary is short in poetry and in prose; as, genĭtrix. Mutae ante liquidas sunt br, cr, dr, fr, gr, pr, tr, bl, cl, fl, gl, pl, tl. Mutes before liquids are br, cr, dr, fr, gr, pr, tr, bl, cl, fl, gl, pl, tl.

### Praeceptum 20.

Vocalis, ante mutam et liquidam, quae habet signum longum (-) in lexico, est longa tum in carmine tum in soluta oratione; ut, consolātrix, ābluo, quamōbrem.

A vowel before a mute and liquid that is marked long in the dictionary is long in poetry and in prose; as, consolātrix, ābluo, quamōbrem.

### Praeceptum 21.

Vocalis, ante mutam et liquidam quae habet et signum breve, et signum longum in lexico, est communis in carmine, et brevis in soluta oratione; ut, tenĕbrae.

A vowel, before a mute and liquid which is marked both long and short in the dictionary, is common in poetry and short in prose; as, tenĕbrae.

## NOTA.

### Quantitas Abscondita.

Syllaba vel vocalis potest esse longa positione sed brevis natura. Syllaba (in) longa est natura in vocabulo infelix et brevis est natura in vocabulo inclytus. Vocalis i longa est natura in vocabulo infelix et brevis est natura in vocabulo inclytus sed longa positione.

Prima vocalis in sequentibus dictionibus longa est positione et brevis natura et syllaba continens illam vocalem longa est positione:

cessi, missus, ussi, noster, vester, fuisti, estis ex sum,
essem ex sum, tollo, nux, dux, nex, lex et est ex sum.

Quando syllaba est longa positione, naturalis quantitas vocalis in illa syllaba non semper est determinabilis et in talibus circumstantiis quantitas dicitur esse abscondita.

Vocalis ante nf, ns, gm, nct, et nx longa est natura et vocalis ante nd, nt, gn, ss et st brevis est natura, sed hoc praeceptum multas habet exceptiones.

## NOTE.

### Hidden Quantity.

A syllable or a vowel may be long by position but short by nature. The syllable (in) is long by nature in the word infelix and short by nature in the word inclytus. The vowel (i) is long by nature in the word infelix and short by nature in the word inclytus but long by position.

The first vowel in the following words is long by position and short by nature and the syllable containing that vowel is long by position:

cessi, missus, ussi, noster, vester, fuisti, estis ex sum,
essem ex sum, tollo, nux, dux, nex, lex, and est ex sum.

When a syllable is long by position the natural quantity of the vowel in that syllable is not always determinable and in such circumstances the quantity is said to be hidden.

A vowel before nf, ns, gm, nct, and nx is long by nature and a vowel before nd, nt, gn, ss, and st is short by nature, but this rule has many exceptions.

## Praeceptum 22.

Vocalis ante vocalem vel diphthongum vel h in Latinis dictionibus brevis est; ut e in idonea, idoneae, et conveho.

A vowel before a vowel, a diphthong, or an h in Latin words is short; as, e in idonea, idoneae, and conveho.

### Exceptiones.

1.

I, ante vocalem longum est in omnibus formis fio quae non habent syllabam er; ut, satisfiunt.

I, before a vowel is long in all the forms of fio that have not the syllable er; as, satisfiunt.

2.

Genitivus et dativus casus quintae declinationis habent e longum ante i; ut speciei. Sed in verbis rei, spei, fidei, e est breve.

The genitive and dative cases of the fifth declension have e long before i; as speciei. But in the words rei, spei, and fidei, the e is short.

3.

Genitivus in ius habet i longum in soluta oratione, et commune in versu. Sed in genitivo alius i semper longum est, et in alterius i corripitur.

The genitive in ius has i long in prose, and common in poetry. But in the genitive alius, i is always long, and in alterius, it is short.

4.

Caius, Pompeius, Vulterius, Cai, Pompei, Vultei, et alia hujusmodi habent longam vocalem ante i.

Caius, Pompeius, Vulterius, Cai, Pompei, Vultei, and the like have a long vowel before i.

5.

Eheu habet primam syllabam longam. Ohe et Diana habent primam communem. Vide etiam praecepta 23 et 24.

Eheu has the first syllable long. Ohe and Diana have the first common. See also precepts 23 and 24.

## Praeceptum 23.

In multis dictionibus Graecis, vocalis ante vocalem longa est; ut, a in Menelaus, et Lycaon. Quantitas igitur vocalis ante vocalem in Graecis dictionibus ex lexico discenda est.

In many Greek words a vowel before a vowel is long; as, a in Menelaus and Lycaon. Therefore the quantity of a vowel before a vowel in Greek words must be learned from a dictionary.

## Praeceptum 24.

Vocalis Latina quam Graeci scribunt per diphthongum vel omega vel eta, longa est; ut e pro ei in chorea et platea, et i pro ei in Darius et Alexandria. Poetae interdum corripiunt e in chorea et platea.

A Latin vowel which the Greeks write with a diphthong, or omega or eta, is long; as, e for ei in chorea and platea, and i for ei in Darius and Alexandria. Poets sometimes shorten e in chorea and platea.

## Praeceptum 25.

Derivata sequuntur quantitatem eorum a quibus derivantur; ut simulacrum a simulatum. Sunt multae exceptiones quae usu sunt discendae.

Derivatives follow the quantity of the words from which they are derived; as simulacrum from simulatum. There are many exceptions which must be learned by practice.

## Praeceptum 26.

Composita quantitatem simplicium sequuntur, etsi vocales aut diphthongi mutantur; ut, abutor, ab utor; consolor a solor; occĭdo a cado; occīdo a caedo.

Compounds follow the quantity of their simples, although vowels and diphthongs be changed; as, abutor from utor; consolor from solor; occĭdo from cado; occīdo from caedo.

## Exceptiones.

### 1.

Dejĕro et pejĕro a juro; innŭba et pronŭba a nūbo; agnĭtum et cognĭtum a nōtum; nihĭlum ab hilum; semisŏpitus a sōpio; fatidĭcus, maledĭcus, causidĭcus, et veridĭcus a dīcere. Connubium habet syllabam nu communem. Ambītus est participium. Ambĭtus est nomen.

Dejero and pejero from juro; innuba and pronuba from nubo; agnitum and cognitum from notum; nihilum from hilum; semisopitus from sopio; fatidicus, maledicus, causidicus, and veridicus from dicere. Connubium has the syllable nu common. Ambītus is a participle. Ambĭtus is a noun.

## Praeceptum 27.

Monosyllaba praepositio longa est in compositione cum consonans eam sequitur, et brevis cum vocalis eam sequitur; ut praepositio in ōbruo, dĕeram, ŏbeo, dēduco, ēvenio, trādo, praĕaltus.

A monosyllabic preposition is long in composition when a consonant follows it, and it is short when a vowel follows it; as the preposition in ōbruo, dĕeram, ŏbeo, dēduco, ēvenio, trādo, praĕaltus.

## Exceptiones.

Di breve est in dirimo et disertus.

Di is short in dirimo and disertus.

Re corripitur, sed longum est in refert et cum j vel duae consonantes re sequuntur, ut in rēspondeo, rējicio. Re commune est ante mutam liquidamque; ut in rĕflecto.

Re is shortened, but it is long in refert and when j or two consonants follow re; as in rēspondeo, rējicio. Re is common before a mute and liquid; as in rĕflecto.

Pro breve est in Graecis verbis et in Latinis:

| | |
|---|---|
| procella, | profari |
| profano, | profanus |
| profiteor, | professus |
| profecto, | proficiscor |
| profugio, | profugus |
| profundo, | profundus |
| pronepos, | pronepotis |
| procul, | protervus |

Pro is short in Greek words and in the Latin words:

| | |
|---|---|
| procella, | profari |
| profano, | profanus |
| profiteor, | professus |
| profecto, | proficiscor |
| profugio, | profugus |
| profundo, | profundus |
| pronepos, | pronepotis |
| procul, | protervus |

Pro commune est in propino et propago, nomine et verbo.

Pro is common in propino and in the noun and verb propago.

Praepositiones post, trans, abs et ex semper longae sunt juxta praeceptum 18.

The prepositions post, trans, abs and ex are always long according to Rule 18.

### Praeceptum 28.

Dissyllabae praepositiones habent ultimam syllabam brevem ante vocalem et longam ante consonantem; ut syllaba cum in circumago et circumsto, et contra in contradico.

Dissyllabic prepositions have the last syllable short before a vowel and long before a consonant; as the syllable cum in circumago and circumsto, and contra in contradico.

### Exceptiones.

Ante, prope et sine corripiunt ultimam syllabam nisi duae consonantes eam sequantur; ut in antĕcedo et antēsto.

Ante, prope and sine shorten the last syllable unless two consonants follow it; as in antĕcedo and antēsto.

### Praeceptum 29.

Ne in compositis breve est.

Ne is short in compounds.

### Exceptiones.

Habent ne longum nedum, nemo, nequam, nequaquam, nequidquam, nequiquam, nequitia, neve, nequis, nequa, nequod, nequid, nequando.

Nedum, nemo, nequam, nequaquam, nequidquam, nequiquam, nequitia, neve, nequis, nequa, nequod, nequid, nequando have ne long.

### Praeceptum 30.

I ante d producitur in compositis ex die; ut meridies, sed quatriduum interdum habet i correptum.

I before d is lengthened in the compounds of dies, but quatriduum sometimes has i shortened.

### Praeceptum 31.

Omni, multi et uni habent i breve in compositis; ut, Omnipotens, multiformis, uniformis.

Omni, multi and uni have i short in compounds; as, Omnipotens, multiformis, uniformis.

### Praeceptum 32.

Contro, intro, retro, quando et quo producunt o in compositis; ut, controversia, introduco, retrocedo, quandoque, quominus. Sed quandoquidem et quoque conjunctio habent o breve.

Contro, intro, retro, quando and quo lengthen o in compounds; as, controversia, introduco, retrocedo, quandoque, quominus. But quandoquidem and quoque, the conjunction, have o short.

### Praeceptum 33.

Omnis diphthongus vel contracta syllaba longa est; ut au in exaudi et causa. Sed praepositio, prae, ante vocalem in compositione brevis est; ut praĕaltus. Diphthongi sunt sex; ae, au, ei, eu, oe, et yi. Ei est diphthongus tantum in hei; eu in ceu, seu, eheu, heu, heus, neu, neute, neutiquam.

Every diphthong or contracted syllable is long; as, au in exaudi and causa. The preposition, prae, is short before a vowel in composition; as, praealtus. There are six diphthongs: ae, au, ei, eu, oe, yi. Ei is a diphthong in hei; eu, in ceu, seu, eheu, heu, heus, neu, neute, neutiquam.

## Praeceptum 34.

### *De Incrementis.*

Incrementum in prosodia significat auctum syllabarum. Nomen dicitur crescere vel incrementum habere cum in aliis casibus habet plus syllabarum quam in nominativo singulari; ut, pax, pacis. Verbum dicitur crescere vel incrementum habere cum in aliqua forma habet plus syllabarum quam in secunda persona singulari modi indicativi, activae vocis. Cum verbum non habet activam vocem, supponenda est vox activa. Ultima syllaba nunquam vocatur incrementum. Cum dictio habet auctum unius syllabae, penultima est incrementum; ut, o in leonis, leoni, leonem, leone, leones, leonum. Cum habet auctum duarum syllabarum, ante-penultima est primum incrementum et penultima est secundum incrementum; ut o et i in leonibus. Cum habet auctum trium syllabarum prae ante-penultima est primum incrementum; ut a ante v in amaverimus.

### *About Increments.*

An increment in prosody means an increase of syllables. A noun is said to increase or to have an increment when it has more syllables in its other cases, than in the nominative singular; as pax, pacis. A verb is said to increase or to have increment when it has more syllables in any form, than in the second person singular of the active voice of the indicative mood. When a verb has no active voice we must suppose that it has an active voice. The last syllable is never called an increment. When a word has an increase of one syllable, the penult is the increment; as, o in leonis, leoni, leonem, leone, leones, leonum. When it has an increase of two syllables, the ante-penult is the first increment and the penult is the second increment; as o

and i in leonibus. When it has an increase of three syllables the praeante-penult is the first increment; as a before v in amaverimus.

*De Incrementis Pluralibus.*

Cum genitivus vel dativus pluralis habet plus syllabarum quam nominativus pluralis, penultima vocatur incrementum plurale; ut a in musarum et filiabus; o in amborum et ambobus; e in dierum et diebus; i in quibus et montibus; u in lacubus et verubus.

When the genitive or the dative plural has more syllables than the nominative plural its penult is called a plural increment; as, a in musarum and filiabus; o in amborum and ambobus; e in dierum and diebus; i in quibus and montibus; u in lacubus and verubus.

Praeceptum 35.

A, e, o in incrementis pluralibus producuntur; ut, harum, musarum, nobis, quorum, rerum, diebus.

In plural increments a, e, and o are long; as, harum, musarum, nobis, quorum, rerum, diebus.

Praeceptum 36.

I et U, incrementa pluralia corripiuntur; ut, in omnibus, tribus, tribubus. Sed bubus pro bovibus habet penultimam longam.

The plural increments i and u, are short; as, in omnibus, tribus, tribubus. But bubus for bovibus has the penult long.

Praeceptum 37.

Declinatio prima in numero singulari incrementum non habet. Interdum poetae mutarunt diphthongum ae in longum a et longum i; ut aulai pro aulae.

The first declension, in the singular number, has no increment. Sometimes the poets changed the diphthong ae into long a and i; as, au-lā-ī for aulae.

PRAECEPTUM 38.

E, i, u, incrementa secundae declinationis corripiuntur; ut, puer, pueri; vir, viri; satur, saturi. Sed Iber et Celtiber incrementum habent longum.

The increments e, i, u, of the second declension are short; as, puer, pueri; vir, viri, satur, saturi. But Iber and Celtiber have a long increment.

PRAECEPTUM 39.

A incrementum tertiae declinationis producitur; ut, societas, societatis, societates.

Increment a of the third declension is long; as, societas, societatis, societates.

EXCEPTIONES.

*Habent a incrementum breve.*

1.

Nomina propria virorum in al et ar; ut, Hannibal, Hannibalis; Caesar, Caesaris. Sed non Car et Nar.

2.

Graeca in a et as; ut poema, poematis; lampas, lampadis; Pallas, Palladis.

3.

Nomina quae finiunt littera s, cum consona ante eam; ut, Arabs, Arabis.

4.

Par et impar, dispar, compar, sal, mas, hepar, anas, jubar; baccar, nectar, lar, vas, vadis, atax, philax cum compositis; climax, abax, colax, corax, dropax, panax, anthrax, atrax, smilax, styrax, fax, et harpax.

The following have increment a short:

1.

Proper names in al and ar; as, Hannibal, Hannibalis; Caesar, Caesaris. But not Car and Nar.

2.

Greek words in a and as; as poema, poematis; lampas, lampadis; Pallas, Palladis.

3.

Nouns that end in letter s with a consonant before it; as Arabs, Arabis.

4.

Par and impar, dispar, compar, sal, mas, hepar, anas, jubar; baccar, nectar, lar, vas, vadis, atax, philax with its compounds; climax, abax, colax, corax, dropax, panax, anthrax, atrax, smilax, styrax, fax and harpax.

## Praeceptum 40.

E incrementum tertiae declinationis corripitur; ut, mulier, mulieris, mulieres, mulierum.

Increment e of the third declension is short; as mulier, mulieris, mulieres, mulierum.

## Exceptiones.

Habent e incrementum longum.

1.

Nomina peregrina, quae exeunt syllaba el; ut, Michael, Michaelis; Daniel, Danielis.

2.

Genitivi in enis et Graeca in er, et es; ut, attagen, attagēnis; character, charactēris; soter, sotēris. Sed non hyměnis, aethěris, et aěris, a verbis hymen, aether, aer.

3.

Ver et iber, haeres, merces, quies, lex, rex, vervex, halex, seps, plebs, locuples, halec.

The following have increment e long:

1.

Foreign names in el; as, Michael, Michaelis; Daniel, Danielis.

2.

Genitives in enis and Greek words in er and es; as, attagen, attagenis; character, characteris; soter, soteris. But not hymenis, aetheris, aeris from the words hymen, aether, aer.

3.

Ver and iber, haeres, merces, quies, lex, rex, vervex, halex, seps, plebs, locuples, halec.

## Praeceptum 41.

I vel y incrementum tertiae declinationis corripitur; ut flumen, fluminis.

Increment i or y of the third declension is short; as, flumen, fluminis.

## Exceptiones.

1.

Habent i, incrementum longum:

Genitivi Graeci in inis et ynis; ut, delphin, delphīnis; Phorcyn Phorcynis, Salamis, Salamīnis. Sunt pauci. Incrementum i ante n in vocibus Latinis semper breve est juxta praeceptum 41.

2.

Dis, glis, lis; Nesis, Quiris, Samnis; gryps et vibex.

3.

Nomina in ix et yx; ut, perdix, perdices, phoenix, phoenices. Sed excipiuntur, nix, pix, Phryx, stryx, styx; Sardonyx, appen-

dix, Japyx, onyx, calix, larix, natrix, salix, varix, Cilix, choenix, Erix, filix, fornix, histrix, Vercingetorix, coxendix, Biturix et Ambiorix.

The following have increment i long:

1.

Greek genitives in inis and ynis; as, delphin, delphīnis; Phorcyn, Phorcynis, Salamis, Salamīnis. They are few. Increment i before n in Latin words is always short according to Rule 41.

2.

Dis, glis, lis, Nesis, Quiris, Samnis, gryps and vibex.

3.

Nouns ending in ix and yx; as, perdix, perdīces; phoenix, phoenīces. But nix, pix, Phryx, stryx, styx; Sardonyx, appendix, Japyx, onyx, calix, larix, natrix, salix, varix, Cilix, choenix, Erix, filix, fornix, histrix, Vercingetorix, coxendix, Biturix and Ambiorix are excepted.

Praeceptum 42.

O, incrementum, tertiae declinationis producitur; ut, nepos, nepotis.

Increment o of the third declension is long; as nepos, nepotis.

Exceptiones.

*Habent o incrementum breve.*

1.

Nomina Graeca in o et on quae in casibus obliquis habent omicron; ut Agamemnon, Macedo, canon, daemon, sindon, gnomon, pepo, aedon, alcyon. (Incrementum o ante n in vocibus Latinis semper est longum juxta praeceptum 42.)

2.

Genitivi in oris a nominibus Graecis et Latinis neutris, praeter os, oris et omnia comparativa; ut Nestor, Hector, corpus.

3.

Composita ex pous; ut, tripus, Oedipus, polypus.

4.

Lepus, scrobs, arbor, rhetor, memor, immemor, bos, compos, impos, Cappadox, Allobrox, praecox, ops, inops, Aethiops, Cecrops et Dolops.

The following have increment o short:

1.

Greek nouns in o and on which have omicron in the oblique cases; as Agamemnon, Macedo, canon, daemon, sindon, gnomon, pepo, aedon, alcyon. (Increment o before n in Latin words is always long according to rule 42.)

2.

Genitives in oris from Greek nouns and from Latin neuter nouns except os, oris, and all comparatives; as Nestor, Hector, corpus.

3.

Compounds from pous; as tripus, Oedipus, polypus.

4.

Lepus, scrobs, arbor, rhetor, memor, immemor, bos, compos, impos, Cappadox, Allobrox, praecox, ops, inops, Aethiops, Cecrops and Dolops.

## Praeceptum 43.

U, incrementum tertiae declinationis corripitur; ut, redux, redŭcis.

Increment u, of the third declension is short; as, redux, redŭcis.

Exceptiones.

1.

Habent u, incrementum longum fur, lux, frux, Pollux, et genitivi in udis, uris, utis, a nominibus in us; ut, palus, paludis; tellus, telluris; virtus, virtutis. Sed non pecus, Ligus et intercus, quae habent pecŭdis, intercŭtis, Ligŭris.

1.

The following have increment u long: fur, lux, frux, Pollux and genitives in udis, uris, utis from nouns in us; as, palus, paludis; tellus, telluris; virtus, virtutis. But not pecus, Ligus and intercus which have pecŭdis, Ligŭris and intercŭtis.

## DE INCREMENTIS VERBORUM.

### About the Increments of Verbs.

Praeceptum 44.

A, incrementum verborum, producitur; ut amamus et amabamus. Sed primum incrementum, vel aliis verbis, syllaba, da, verbi do corripitur; ut, circumdămus, circumdăbāmus.

Increment a of verbs is long; as amamus and amabamus. But the first increment, or in other words, the syllable da of the verb do is short; as, circumdămus, circumdăbāmus.

Praeceptum 45.

E, incrementum verborum, producitur; ut, amēmus.

Increment e of verbs is long; as, amēmus.

Exceptiones.

1.

E, incrementum breve est ante r in praesenti et imperfecto tertiae conjugationis; ut, regĕre et regĕrer. Sed e ante r in terminatione reris, longum est, ut, rēgĕrēris.

2.

E, incrementum breve est in futuris in beris et bere; ut, amabĕris et amabĕre, et ante ram, rim, ro; ut, amavĕram, amavĕrim, et amavĕro.

1.

Increment e, is short before r in the present and in the imperfect of the third conjugation; as, regĕre and regĕrer. But e before r is long in the ending reris; as, regĕrēris.

Increment e is short in futures in beris and bere; as amaberis and amabere, and before ram, rim, ro; as, amavĕram, amavĕrim, amavĕro.

Praeceptum 46.

I, incrementum verborum corripitur; ut, dedimus et legimus.

Increment i of verbs is short; as, dedimus and legimus.

Exceptiones.

1.

I, longum est in nolito, nolite, nolimus, nolitis; velimus, velitis; malimus, malitis; simus, sitis, cum compositis, et ante v in praeteritis temporibus; ut, audivi.

2.

I, in rimus et ritis perfecti subjunctivi et futuri perfecti commune est; ut, fecerimus.

3.

Primum incrementum quartae conjugationis longum est; ut, audimus, venimus. Sed imus perfecti in conjugationibus omnibus breve est; ut, audivimus et venimus.

1.

I, is long in nolito, nolite; nolimus, nolitis; velimus, velitis; malimus, malitis; simus, sitis, with their compounds, and before v in perfect tenses; as, audivi.

2.

I, in rimus and ritis of the perfect subjunctive and the future perfect is common; as, fecerimus.

3.

The first increment of the fourth conjugation is long; as, audimus, and venimus. But imus of the perfect in all conjugations is short; as audivimus and venimus.

PRAECEPTUM 47.

O, incrementum verborum producitur; ut, habitote.

Increment of of verbs is long; as, habitote.

PRAECEPTUM 48.

U, incrementum verborum corripitur; ut possumus. Sed u longum est ante r in participio futuro; ut, facturus, et facturum.

Increment u of verbs is short; as, possumus. But u is long before r in the future participle; as, facturus and facturum.

PRAECEPTUM 49.

Praeterita dissyllaba habent primam syllabam longam; ut, veni, vidi, vici.

Dissyllabic preterits have the first syllable long; as, veni, vidi, vici.

EXCEPTIONES.

1.

Steti, dedi, scidi a scindo, tuli, bibi, fidi a findo, corripiunt primam.

Steti, dedi, scidi from scindo, tuli, bibi, fidi from findo, have the first syllable short.

2.

Abscidi a caedo habet penultimam longam. Abscidi a scindo habet eam brevem.

Abscidi from caedo has the penult long. Abscidi from scindo has it short.

### Praeceptum 50.

Supina dissyllaba et participia habent primam syllabam longam; ut visum visus.

Dissyllabic supines and participles have the first syllable long; as, visum, visus.

### Exceptiones.

1.

Ratum, satum, datum, statum, rutum, citum, itum, litum, quitum, situm a reor, sero, do, sisto, ruo, cieo, eo, lino, queo, sino corripiunt primam. Citum a cio et statum a sto habent penultimam longam.

Ratum, satum, datum, statum, rutum, citum, itum, litum, quitum, situm from reor, sero, do, sisto, ruo, cieo, eo, lino, queo, sino have the first short. Citum from cio and statum from sto have the penult long.

### Praeceptum 51.

Geminantia praeterita corripiunt primam et secundam syllabas, nisi duae consonantes sequuntur; ut, cecini, cecidi a cado, et cucurri.

Reduplicating preterites have the first and second syllables short, unless two consonants follow; as, cecini, cecidi from cado, and cucurri.

### Exceptiones.

Excipiuntur cĕcīdi a caedo et pĕpēdi a pedo.

Cĕcīdi from caedo and pĕpēdi from pedo are excepted.

### Praeceptum 52.

Polysyllaba supina et participia in utum, atum, et etum habent penultimam longam; ut, solutum, amatum, deletum.

Polysyllabic supines and participles in utum, atum and etum, have the penult long; as, solutum, amatum, deletum.

### Praeceptum 53.

Polysyllaba in itum a praeteritis in ivi producunt penultimam, sed ea in itum a praeteritis non in ivi corripiunt penultimam; ut, peto, petivi, petitum; moneo, monui, monitum. Recenseo autem habet recensītum.

Polysyllabics in itum from preterites in ivi have the penult long, but those not from preterites in ivi have the penult short; as, peto, petivi, petitum, moneo, monui, monitum. Recenseo, however, has recensītum.

## DE SYLLABIS ULTIMIS.

*About Final Syllables.*

### Praeceptum 54.

Quantitas syllabarum ultimarum cognoscitur partim positione; ut in vocabulis prudēns et lēx; partim diphthongo; ut, in dictione stellaē; partim praeceptionibus privatis, quae sunt:

The quantity of final syllables is known partly by position; as, in the words prudēns and lēx; partly by a diphthong; as, in the word stellaē; partly by special rules, which are:

### Praeceptum 55.

A, i, o, u, as, es, os, in fine vocabuli producuntur; ut ama, classi, ibidem, ubique, sto, do, quando, manu, has, terras, spes, viros.

A, i, o, u, as, es, os at the end of a word are lengthened; as, ama, classi, ibidem, ubique, sto, do, quando, manu, has, terras, spes, viros.

### Exceptiones.

1.

Habent a breve, eja, quia, ita, adverbium, puta, et casus omnes praeter ablativum, et vocativum Graecum a nominativis in as; ut Aeneā.

The following have a short: eja, quia, ita, the adverb puta, and all cases except the ablative and the Greek vocative from nominatives in as; as Aeneā.

Corripiunt i, nisi, quasi, cui, quum fit dissyllabum, ubivis, ubinam, utinam, utique, et Graeca nomina in quibus i non est contractio ab ei; ut Palladĭ.

Nisi, quasi, cui when it is made a dissyllable, ubivis, ubinam, utinam, utique and Greek nouns in which i is not a contraction from ei; as Palladi, shorten i.

Habent i commune: mihi, tibi, sibi, ibi et ubi.

Mihi, tibi, sibi, ibi and ubi have i common.

Habent o correptum: modo, dummodo, postmodo, cito, illico, immo, ego, duo, octo, scio, nescio, cedo, quandoquidem. O, in sero commune est. A quibusdam poetis, sed non a Virgilio, interdum corripitur o in casu nominativo et in verbis; ut, sermo, amŏ, amato, amando.

Modo, dummodo, postmodo, cito, illico, immo, ego, duo, octo, scio, nescio, cedo, have o shortened. O is common in sero. By some poets, but not by Virgil, o is sometimes shortened in the nominative case and in verbs; as, sermo, amŏ, amato, amando.

Corripiunt as, anas, et Graeca in as, adis; ut lampas, lampadis. Item Graecus accusativus; ut, heroas.

Anas and Greek words in as, adis; as lampas, lampadis shorten as. Also the Greek accusative; as heroas.

Habent es breve, nomina tertiae declinationis, quae crescunt brevi vocali; ut, miles. Praeter abies, aries, Ceres, paries, pes cum compositis; ut, compes, sonipes, tripes, bipes, quadrupes. Item penes et es a verbo sum cum compositis; ut, ades. Praeterea Graeca neutra; ut, cacoethes, et Graeca pluralia; ut rhetores.

Nouns of the third declension which increase with a short vowel, as, miles, have es short. Except abies, aries, Ceres, paries, pes with its compounds as compes, sonipes, tripes, bipes, quadrupeds. Also penes and es and its compounds from the verb sum as ades have es short. Also Greek neuters; as, cacoethes and the Greek plurals as rhetores.

Corripiunt os, compos, impos, os, ossis, Graeca neutra; ut, chaos; Graeca nomina secundae declinationis; ut, Delos. Omnes denique Graeci genitivi; ut, Arcados.

The following shorten os; compos, impos, os, ossis, Greek neuters; as, chaos; Greek nouns of the second declension; as, Delos. Also all Greek genitives; as, Arcados.

### Praeceptum 56.

Vocalis ante c vel n in fine vocabuli longa est; ut, o in hoc et non.

A vowel before c or n at the end of a word is long; as, o in hoc and non.

### Exceptiones.

Ultima vocalis brevis est in donec et nec; et communis in fac et pronomine hic.

The last vowel is short in donec and nec and common in fac and the pronoun hic.

Habent vocalem ante n brevem; forsitan, in, forsan, tamen, an, viden, attamen, et nomina desinentia in en quae habent inis correptum in genitivo; ut, flumen, fluminis. Item Graeca terminata syllaba on, quae ad secundam declinationem spectant; ut, Pelion; et omnes Graeci accusativi, qui, proficiscuntur a nominibus habentibus ultimam syllabam brevem; ut, Daphnin.

The following have the vowel before n short: forsitan, in, forsan, tamen, an, viden, attamen, and nouns ending in en

